



**Biblioteca estense universitaria**

Largo S. Agostino 337

I-41121 Modena MO

Tel ++39 + 59 222248

Fax ++39 +59 230195

b-este@beniculturali.it

[bibliotecaestense.beniculturali.it](http://bibliotecaestense.beniculturali.it)

alfa.d.6.19.4b

## HESIODUS

Opera et dies (Tr. Nicolaus de Valle). – Add.: Nicolaus de Valle:  
*Disticha ad Pium II*

Magniagus [?], Milano c. 1483

Img: BEU, 2014



### Terms of use

Using texts and images of the Estense Library is free - within the CC license terms - only for personal, private and non commercial use.

In the case of a non commercial, public use, their source must be cited, linking to the homepage of this site.

For any different purposes, or for getting higher resolution images, please follow the guidelines in the Reproductions page of the website, and/or write to b-este.erp@beniculturali.it.

### Creative Commons License

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs 3.0 Italy License

<http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/3.0/it/deed.en>

46b

Hesiodi poetæ opera & dies Georgicon liber Nico  
lae de Valle e græco conuerit 10.

p Ierides musæ quarū uiget inclyta cantu:  
Fama ducu & uestrī nomē imortale parētis  
Dicte cur hoīum ps hæc sine noīe uitam  
Ducat & illius cur fama æterna per altum  
Euulet hæc iouis est magni diuina uoluntas.  
Ille etenim altitonans summi regnator olympi  
Excitat imbelles animos: & fortia corda  
Dabilitat: duce quo fortuna inimica superbos  
Dепrimit: atq; humiles clarū sup æthera tollit:  
Tum mala mens hoīis meliorē inclinat ad uitum.  
Et capiunt molles crudelia pectora cultus.  
Exaudi qui eundæ polo sp̄ecularis ab alto.  
Cui nihil ignotum est sanctissima dirige iura  
Iusticiæ. liceatq; mihi fraterna monere  
Pectora: & ignotos uiuendi ostenderet mores.  
Sunt geminæ in terris quibus altercantur i unum  
Mortales causæ: uaria quoq; mente trahuntur.  
Vna quidem studium laudabile sedula curat.  
Altera crudeli rerum depascitur haustu  
Bella cupit pugnæq; exercet iniqua tumultus.  
Inusum atq; atrox pestis genus hanc tamen ipsi  
Mortales fugiunt. tandem q; uolentibus hanc diuis  
Exoptant: huus nequeunt cohibere furores.  
Illâ autem prius obscuræ genuere tenebræ.  
Sed fato meliore pater saturnius illam  
Et generi humano & terræ radicibus imis

a 1

23



I mposuit segnes artus & inertia corda  
Excitat alter enim segnis cui uita manebat  
Alterius spectans cumulos mora nulla bouesque  
Iungit. & impresso terram diuertit aratro.  
Siue domum curat siue inserit alter ad artes  
Vicinum uicinus agit: laudabilis hæc est  
Pugnandi ratio fugienda sed altera sub qua •  
Inuidet aut figulus figulo uel egenus egeno  
Siue faber fabro dulcisque poeta poetæ.  
Hæc mea dicta precor toto cape pectore perse:  
Nec te crebra foro speculantem iurgia uulgi  
A uocet a studiis pugnandi inimica uoluntas.  
Nemo forū sequit̄ quē non souet annua messis  
Et bene clausa domi cereris gratissima dona.  
Hæc quærenda prius. de hinc si uacat i pete uulgus  
Et forā: in alterius rebus certamina pone.  
At non illud ages iterum germane quod olim  
Ausus es infoelix litem hanc data iura resoluent.  
Scis quondā inter nos patria est partita facultas.  
At tu nil iusta multum plus parte uereris  
Tecum efferre rapax. corruptus munere iudex  
Ille tuo cest: sub quo tota hæc sententia pendet:  
Ignarus non nouit enim q̄ dulcius aut q̄  
Sit melius toto mediū seu uiuere malua  
Vtilius quantum uili seu uiuere porro.  
Hos ueterum uictus occultauere superni.  
Inq. polo retinent cælestes tempore quorum  
Sat fuit una dies tenui exercenda labore.  
Vna quiescenti tibi dehinc almenta parabat  
Annua: tunc poteras temonis robora sumo

**E**xploranda dare & nulli iuga curua premebat.  
**T**erga boum nullum hemiones sensere laborem:  
**H**os uoluit faciles uiuendi abscondere mores.  
**I**ra iouis quom se deceptum fraude promethi.  
**S**ensit & illius causa mortalibus auxit.  
**C**urarum moles surreptumq; abdidit ignem.  
**R**eddidit hunc iterum terris curuaq; latentem.  
**S**urripuit ferula cauto puer ille tonati.  
**I**apetionides iacto q fulmine gaudet.  
**L**uisit fraude sua subita tamen arsit in iram:  
**H**ec puer effatus nubis collector aquosae:  
**I**apetionide cuius prudentia cunctos.  
**C**onsilio excellet magis sum spreuisse tonantem.  
**A**rte tua gaudesq; dato mortalibus igne.  
**H**eui nociture tibi generi nociture futuro.  
**T**ale mali genus excutiam quo pectore toto.  
**E**xultent homines cupidi sua damna ministrēt.  
**S**ubrisit fatus dium pater atq; hominum rex.  
**V**ulcanum aspiciens atq; illi talia mādat.  
**V**ade celer speciem e terra mixtoq; liquore.  
**C**onfice mortalem cui uocem & robora iunge.  
**S**itq; ea uirgineæ cælestis imago puellæ:  
**Q**uam sibi quisq; uelit dea quā doctissima pallas:  
**I**nstruat & uarias percurrere pectine telas:  
**A**duciat capiti facilem uenus aurea formam.  
**C**uret ut assidua stimulata cupidine corpus.  
**F**allacemq; addat mentem & fallacia uerba.  
**I**nterpræs supum uictor cylleniūs argi  
**D**ixerat: imperio iouis annuit: æqua uoluntas  
Cælicolum: exemplo fingis uulcane puellam.

a ii

Virginis ora deæ similem : quam glauca minerua!  
Cinxit & ex ornati fulgentem pte poluit.  
Huie etiam charites etiam celeberrima pitho.  
Aurea candenti posuere monilia collo.  
Effusæque comas ore de flore coronam  
Vernali tribuere deæ tamen attica pallas  
Illam præcipuo formæ decorauit honore.  
Et superum interpres uictor cyllenius argi  
Fallaceim attribuit mentem & fallacia uerba.  
Sic pater altitonans diuino iussorat ore.  
Quando quidem dederat sua munera q[ui]sque deorū  
Mercurius merito pandoram nomine dixit  
Exitialle malum mortalibus & fera pestis.  
Postq[ue] autem tantos confecit iuppiter astus  
Mercurium & magnū subet ire epimethea: dono  
Cui ferat hanc. q[ui] nil ueritus præcepta promethi.  
Scilicet a magno caperet ne iniuitus olympos  
Coepit. & accepto nouit sua damna epimetheus.  
Nam prius humano generi secura manebant  
Tempora: nulla mali spesies aut cura laboris  
Morborumque genus: triitem qui funeris atrum  
Corripiuere uiam. quibus omnis frangitur ætas  
Viuere dulce fuit quodam: sed tegmen ab urna  
Dum pandora leuat totum exiliere per orbem  
Curarum infestæ effigies. spes sola remansit  
Inclus. & e labris ima sub parte resedit.  
Obstitit impositum: nam tegmen abire uolenti.  
Sic qui fulmen agit nubis collector aquæ  
Iussorat. innumeræque etiam mortale uagantur  
Per genus infandæ spesies. quibus æquor & omnis

Terra infesta timent morbi noctesque diesque  
Sponte sua sine uoce ruunt, nāque ab ioue summo  
Ab lata est illis quæcunque potentia fandi?  
Sic impune parens offenditur ille deorum.  
Si uacat o frater si non audire recuses.  
Ordine plura canam, genus immortale creatum  
Ac mortale simul credendū ē, aurea primum  
S æcula dii superi totum sparsere per orbem:  
Tempore quo cæli imperium saturnus habebat  
Tunc homines diuū uiuebant more, neque illos  
Anxia curarum moles operumque labores  
Lassabant, aberat tristī cum mente senectus.  
Semper & in ualido regnabant corpore uires:  
Nulla mali labes cōuiuia læta placebant.  
Mors similis somno fuit atq; uberrima tellus:  
Omnia liberius nullo cogente ferbat.  
In comune bonum nec quisq; inuidit habentia  
Quam foelix ætas erat omnibus una uoluntas.  
Et taciti lætos soluebant pectora in usus.  
Aurea postq; hominum paulatim defuit ætas:  
His pater altitonas meritos adiunxit honores:  
Sub terris habitare dedit q; numina facti:  
Et genus humanum sancte quoq; iura tueruntur.  
Iusticiæ tenèbris circunfusiq; peragrant.  
Terrarum fines & opes mortalibus augent:  
Proxima successit terris argentea proles.  
Auro deterior sensuq; & moribus impar.  
Tunc sibi quisq; suæ fecere sub ubera matris:  
Otia mortales paulatim adeleuit in annos:  
La propriis etiam latibus male peñis, agebat

a 113

25

In propriis etiam laribus rude pectus agebat.  
Aucta tamen postq; ad summos peruerat annos  
Viuendi breuius spatium fuit: anxius ardor  
Curarum incumbens aderat: quas improba metis  
Gaudia fecerunt alterna iniuria nunq;  
Destitit. & nulla in superos reuerentia: nulos  
Sacerorum ritus ætas argentea uidit.  
Hac deus extinxit meritam flammatus in iram.  
Postq; hominum oculuit argentea saecula tellus  
Non tamen illorum sine nomine uita recessit  
Sub terrisq; dei sedes coluere secundas:  
Tertia post illam successit ænea proles  
At nihil argento similis. dryadumq; creata  
Sanguine dura quidē robustaque pectora tendens  
Tota feri misero martis feruebat amore.  
Nulla quies illi: nullum ius: durior ætas  
Ipso adamante fuit. uultu metuenda superbis.  
Cui nunq; invictum robur. fortesq; lacerti  
Defuerant humeris: tunc ærea tela: domusq;  
Omnis in ære labor: non ferri emerserat usus.  
Haec autem proprio proles consumpta furore  
Ad gelidi loca nigra ditis sine honore recessit.  
Et quanq; extiterit invicto robore: ab atra  
Morte tamen uicta est: solis lumenq; reliquit.  
Postq; autem occulta est: atq; ænea corruit ætas  
Quarta fuit soboles melior cui plurima toto  
Iusticie hærebant animo precepta uerendæ  
Divinum genus heroum. primumq; uocari  
Semidei immensos illi potuere per orbes.  
Hos insanus amor martis: bellumq; nephandi

Ardor agenoride septem prope moenia cadmi  
Aedipode imperii causa contumpsit: & alti  
Hos maris undisoni fluctus: quom pergama classes  
Argolicæ peterent. ubi pallida mortis imago  
Deiuper incubuit: dum iusto ulciscitur ene  
Tindaris. hos etiam toto diuisit ab orbe  
Iuppiter: & uitæ meliorem tradidit usum.  
Elysiosq; dedit colles habtare: profundis  
Litus ad oceani foelix & sancta propago  
Hic ubi uernat humus: ubi dulcia poma quotanis  
Ter gremio effundit. nutrix uberrima tellus.  
Otinam non me quinta cum stirpe creassent  
Fata: sed ante mori: se poit licuisse oriri  
Ferrea nunc ætas: quam cure & mille labores  
Nocte dieq; premunt paulatimq; illius instar  
Exitio. sic diis placitum sed prospera tanto  
Fata etiam uenient aliquando in turbine rerum?  
Nec minus hæc infanda hominum delebitur ætas:  
Cum matura annis illorum tempora cani.  
Inficient crines: natis nec ut ante parentes.  
Nec patribus nati similes: nec ab hospite tutus.  
Hospes erit: sanctum corrumpent foedus amici.  
Et furet arma ciens inter discordia frēs.  
Viuet honoris inops hominum properata senectus:  
Nec pudor effractos senio obiurgare parentes.  
Infoelix soboles legem & precepta deorum.  
Nescit & inuaido non hec alimenta parenti.  
Iusta suo reddet quid enim quod iniqua rapaces:  
Appetet usq; manus urbesque & meenia narrē.  
Iterna deleta manu iurataque fallent.

a. i. i. 8

26

N umina iusticiæ nulli tribuentur honores  
P ulsa gemet bonitas. illum uenerabitur orbis  
C ui mala mens suadet fera crima: tota iacebit  
T ota quidem orbato tecum reuerentia uultu.  
O dea iusticiæ soboles en improba lædet  
S i probus ullus erit quem contra insurget iniqua  
V oce furens factum affirmans altrixq; malorum  
I nuidia incedet fatali turbida uultu.  
P rotinus humanas sedes astræa relinquit:  
D iua suos pariter tendet reuerentia cursus  
A d superos nitido uelatæ corpus amictu.  
M ille recedentes ille mortalibus ægris  
N on cessanda tamen rerum mala sæmina linquēt.  
A t nunc te moneā quanq; sapis omnia iudex  
H is intende aīum. sed quid iuuat ista monere!  
S tultus maiori quicunq; resistere tentat  
V incitur. & magno poenas subit inde pudore  
S ic ego sum tanq; tiolucris quā præhenderet astur!  
P ræhensaq; sublimes agitur philomela per auras.  
H æc dolet infelix unguis transfixa recurvo:  
Q uam contra horribili raptor sic intonat ore.  
Q uid misera exclamas! te multū fortior astur  
T e premit: huc adsis: quo te meus egerit ardor?  
E t quanq; bene suaue canas: mihi coena fatura es.  
S i lubet: aut dimissa iterum remeabis in attras.  
S ic fatus tacuit pennatus & impiger astur:  
T u modo iusticiam cole: nulla iniuria perse  
T ecum habitet: fatale gerit secum illa: nec illam  
V llus amat nisi mens cui uilis & improba surgit:  
V ir bonus hanc inferre timet quid si intulit: acti.

Poenitet: & magno contristat corda dolore.  
Est uia iusticiae melior qua uincitur omnis  
Omnis ad extremum ueniens iniurius ardor:  
Quid dicam? quod nunquia aliquid dementia noscit  
N*on* modo passa prius sic qui male iura ministrat  
P*ec*ierat. & tandem dementi panditur error.  
Eripe iusticiam corruptus munere iudex  
Ius uiolat: dolet hæc. & nulli uisa per orbem  
Tristis it. & lachrymans poenam mortalibus orat  
Qui uiolant iura: & recti sacra foedera rumpant.  
Verum ubi iusticiae sancti seruantur honores  
Iudicioque pares & ciuis & aduena pendent  
Urbs uiget augetur siboles pax læta uagatur  
Pax iuuenum nutrix. nunquia his fatalia bella  
Præparat altitonans. nullis in rebus egestas  
Imminet. in quenquia nulla est offensio. dulci  
Quos iuuat interdum genio alleware labores  
Terra quibus large fundit sua sæmina: & altæ  
Montibus innatæ mittunt sua munera quercus  
Clandiferæ in sumo: media tamen arbore muſſant  
Vndique apum ingentes acies: uestemquia ministrat  
Lanigeræ pecudes. perse magis omnia florent.  
Non his externas merces uehit ardua puppis.  
Omnia dat tellus quid enim quod iuncta marito  
Et patribus similes emitit foemina partus.  
Non datur hoc quibus illa placet uiolentia iuris.  
Hos ad supplicium uocat alti cura tonantis.  
Sæpe subit poenas plebs tota miserrima tantum.  
Vnius ob noxam pestis furit atra per urbem:  
Et male suada fames paulatim deficit omne;

Vulgus & etiacoſ ostendunt teſta penates.  
Fœmina nulla parit ſic ſœuit iupiter erga.  
Quos male facta iuuat qui ſi modo forte cruentū.  
Militiæ exercent ſtudium mora nulla ſinistro:  
Marte cadunt uel ſi potius iuuat ire p altum.  
Fluctibus in mediis ſummergitur obruta puppis.  
Vos igitur qui iura datis conuerute mentem.  
Ad tales hominim poenas: diuina potestas  
Mortales circumuolitans uidet improba: quorum  
Iudicia emergunt multorum in damna deumq.  
Ignorant monitus genus hui mortale perrant:  
Innumerī tenebris circumfusiq. ruentur.  
Iusticiæ ſacra iura domant genus omne malorum.  
Illa quidem uirgo eſt ſupero ioue nata parente.  
Nomine clara ſuo cætuq. uerenda deorum:  
Quam ſi quis uiolet lachrymans ſua fata parentis:  
It iouis ante pedes & lamentabile fundens.  
Humanos queritur mores ac debita poſcit:  
Supplicia in populos: tu iudex cauſa malorum  
Qui uiolas ſacra iura deæ iam dirige mentem:  
Ius cole in alterius te nulla pecunia uertat  
Damna: nocet ſibi qui cuiq. nocet & male ſuadet.  
Ille ſibi: in quenquam ſi quis male iura ministrat.  
Cuncta uidet pater omnipotes & quod mihi tecū ē  
O iude x modo ſi lubeat ſpeculator ab alto  
Nil latet hunc aut hoc quales tribuantur honores:  
Iusticiæ in populo quam non ego pectore toto.  
Nec mea progenies coler& postquam orbe ſub iſta  
Spreta iacet bonitas & ius iniuria uincit.  
Inuitio ioue ne fierent hec accipe frater.

Hæc aīo meditare: iniustum pone furorem :  
Ius quoq; frater ama: sine quo genus omne ferarū  
C redimus alterno certatum corpore pasci:  
At nos instituit uitæ melioris origo.  
I ura dedit pater omnipotens. ea pectore toto  
Si quis hēt. decus æternum pia premia reddet  
I uppiter. affligit si quis pro teste uocatus  
P eierat: ac merito pensatur culpa nocentis  
S upplicio: offendens ius: ille offenditur una  
Ex quo obscura quidem nulli quoq; cognita surget  
Posterioritas iusto de sanguine nata propago.  
Clara caput tollet patrio seruata decore:  
Hec quoq; que referā stultissime concipe frater.  
Quā facile inumeras uitiorum ā p lectimur artes.  
H aud procul illa hitant breuis est uia qua sit eūdū  
Est uia virtutis contraria: sudor anhelus:  
H anc sequitur quæ se scopulosis ardua cliuis  
In longum prorumpit iter: riget aspera primo  
Ingressu: leuis est postquā alta cacumina tanges:  
Optimus hic se se qui nouit cancta magistro.  
Prospiciens rerum fines meliora seq iutus:  
D ignum laude virum parentem recta monenti.  
C redimus: ille tamen sibi qui non consulit aut qui,  
A lterius precepta fugit vir inutilis extat.  
F rgo age frater ades generoso est sanguine perse  
Neu fuge fraternalis monitus operare laborem:  
I unideat tibi dira famæ spicaque recenti.  
Alma ceres ornata caput sua dena ministrat  
S ic tibi plena domus segnem crudelis egestas.  
Opprimunt hunc homines odio supique sequuntur

Torpenti similem fuso cui spicula surgunt:  
Horrida distensumq; fauis consumit edendo,  
Semen apū piger ipse sedet utatq; laborem:  
Tu modo curam op̄i quantum potes adiice frater,  
Horrea sic rumpunt messes: sic copia rerum  
Sic pecus augetur: sic tu mortalibus & diis  
Cratus eris. legnes animos & inertia corda  
Oderunt operi laus est imponere curam.  
Turpe sed hinc prohibere manus incumbe labori.  
Forsitan ad studium torpentina pectora uertes.  
Dum partas ostendis opes uirtutis adeptus,  
Nomen & æternum laudis decus utere quæso.  
Arte para uictum uiolare aliena nephandum est.  
Fac superis æquandus eas incumbe labori:  
Ne pudeat pudor hic multos in honestis egentes  
Secum habet auget opes fiducia q; melior res.  
A superis non ui proh rerum insana cupido.  
Proh animis infusa lues iam nulla pudoris:  
Cura iacet passim longe post terga relictus:  
Tu coleris duce te paulatim corruit ille.  
Duis inuisus homo cui mens intenta rapinis.  
Iuigilat: neq; enim semper foelicia durant:  
Nec minus omnipotens poenis affigit eisdem:  
Qui seruum offendit uel qui sanctissima frangit:  
Foedera amicicæ seu qui cum coniuge fratris.  
Non paucet in fandos coitus fraternus adulter.  
Vel qui in pupillos audet vim ferre nephandā.  
Vel qui in longeua confectum ætate parentem,  
Horribili uoce insurgit uixq; abstinet illi.  
Verbera: don impunue tamen stag pena docent.

P ost obitum depone igitur tam falsa supbæ,  
M entis cosilia & melioribus utere queso.  
T hure pio uenerare deos: ius tempore in omni,  
E t mude & pure liba cum clara nitescet.  
S ole dies aut cum nox circumfusa tenebris:  
A bscondet terras casto torrenda sub igne:  
H ostia mactetur: hymnos cane: thura ministra:  
V t tibi dii faueant immensaq; copia rerum.  
H inc tibi nascatur. multis ut egentibus ipse:  
S ubuenias non ut uiuas germane rapina.  
C onuiuas inter si uis discumbere amicus.  
N on hostis ueniat primum uicinia nam si:  
A duersi quicq; acciderit de more repente:  
P rimum illa occurret: quæ si sine ueitibus esset  
N uida etiam ueniet quod nec tibi sanguine iunctus.  
N on aget: iste sibi ueiles atq; omnia ponet.  
I mproba damnosa est uicinia sed proba si sit:  
V t ilis hæc igitur cupienda est pectore toto.  
T amq; laudis opus neq; enim lamenta refundes:  
A misisse bouem proba si uicinia tecum est:  
A cceptum metire & eodem pondere redde.  
V icino tibi ut hic iterum succurrat egenti.  
R es male parta mala est: damnoq; semp ab illa:  
C aue ergo nec te uincant in amore sodales.  
I llum adeas q; te: fac mutua munera reddas:  
S ponte datum capias scelus est lætale rapina:  
Q uicumque et si magnum aliqd largitur amico.  
L ætatur quicumque iacit de fronte pudorem.  
E t rapit alterius quanq; infima turbat amici:  
V isceraque & mentem cui uis illata rapinæ.

29

A dde parum paruo: paruo superadde pusillum  
F iet & hoc magnū infoelix pelletur egestas.  
S imodo rem cumules. hoīem non lædit habere  
C unda domi: nocet esse foris. q̄ dulce bonumq;  
P ræfens accipere. atq; absente carere molestū est:  
T unc bene potandum cū plena effundit ab alto  
V ina cadus. tunc parcus eris cum parce lyeus  
D esfluit e media. sed cum declinat ad imum  
S pumantes iterum cyathos & pocula summe.  
Q uicquid pollicare homini seruetur amico.  
S i quieq; eum fratre tibi ē testem adiice rebus  
S ubridens: nocuit non credere: credere semper  
N eue tuā alliciat meretrix. caue foemina mentem.  
R em totā uorat illa nimis dum blanda uidetur.  
H eusq; damnosum est mulieri fidere cuiq;  
R em patris acceptā melius fouet unicus hæres:  
A uget & hanc. at tu plures in morte relinque  
E x te ortos .nām plura pater saturnius illis  
A ttribuer. sed te si cæcus tangit habendi  
A rdor adhuc. fragiliq; placet tibi gloria rerum.  
H æ age quæ moneā & uarios operare labores.

Liber secundus de agricultura.

c Vm cælo emergūt sublimi ab atlantide natæ  
Pleiades: truncanda ceres. morientibus illis  
M itte in aratra boves. latitare ea sydera dicunt  
V iginti totidemq; dies. annoq; uoluto  
A pparent iterum. maturam incidere messem  
R ursus & incipiunt dentata falce coloni.  
H anc legē agricolæ atq; habitanges littora seruāt.

Aut  
Nud  
Siter  
Aug  
Neu  
Quo  
Non  
Impr  
Sorti  
Aut  
Victu  
Bisa  
Prof  
Orab  
I am  
Dira  
Imp  
Deh  
Pone  
In re  
Hic  
Temp  
Adcr  
Impl  
Cura  
Afflig  
Cum  
Ac pa  
Desili  
I ampe

A ut qui pingue solum: uallosaq; tecta tenerent  
N udus ara: nudusq; sere & mete corpore nudo  
S i tempestiuos agrorum ducere cultus  
A ugerique illos magnis successibus optas  
N e ue aliena roges interdum pauper egenus.  
Quod si ad nos supplex iterum fortasse redibis  
N on iterum dabimus iuuet exercere labores  
I mprobe quos inter mortales diua potestas  
S ortita est. ne tristis inops cum coniuge moesta  
A ut cum matorum misera comit ante caterua  
V ictum a uicino rogites. dare negliget iste  
B is aut ter fortasse dabit. dehinc si petis ultra  
P roficies nihil: at tu plurima uerba refundes.  
O rabisque iterum frustra tamen artibus ut te  
I ampridem admonui inuigila atque incube labori.  
D ira fames procul hinc abeat: tua debita solue.  
I mprimis tibi conde domum pretioque ministrā  
D e hinc eme quā possis custodē adiungere bobus.  
P one domi quantum toto tibi sufficit anno.  
I n rebus spes est alienis irrita: nam si  
H ic dare forte neget. tu semp pauper egebis  
T empora labuntur operum quoque deficit usus:  
A dcras rem differre nocet. nunq; horrea nunq;  
I mplet iners aut qui tempus producit. hēnda ē  
C ura operi. turgescit opus mala mille molestant  
A ffliguntque hoīem cui segne & inutile corpus  
C um bene se posuit rapidi uis ignea phoebi  
A c pater omnipotens foecundis imbris aether  
D esilit in terras & languida membra resumunt  
I ampridem amissas æstiuo in tempore uires.

Nam breue sol hominum supra caput astat ab alto  
Ac de nocte magis currus exercet egendo.  
Tunc operum multo ante memor dilcinde securi  
Siluam incorruptam. tunc germina delinit arbos  
Fundere: datq; iuas uolitare per aera frondes.  
Intres tende pedes mortaria. contineat tres  
Pittillus cubitos. pedibus quoq; confice septem  
Temonem: qui si fuerit protentus in octo  
Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus  
Palmarumq; trium rota sit: uariisque repone  
Ligna effincta modis ualidaque in montibus altis  
Quære. uel effuso campi super æquore pinum  
Aetiua compone manu qua firmet arator  
Temoni cuneis dentalique alliget imo.  
Torqueat & fortis illa durante iuencos.  
Binaque præterea tectis seruentur aratra.  
Sic melius: nam si casu discinditur unum.  
Restat adhuc aliud ualidos agitare iuuencos.  
Temonem ex ulmo viridi seu confice lauro.  
Stiua sit ex pino: dura dentalia quercu.  
Duc in aratra bouem: nono qui uiuat in anno.  
Apta ætas operi matura est: franget aratum  
Bos iuuenis minitas iuuenili prælia cornu  
Et rixam exacuens opa imperfecta relinquet.  
Quære quaterdecies annorum ætate bubulum  
Quadrifidus panis & offellas cæsus in octo  
Si cibus huic. recto sulcabit uomere terram  
Si maturus erit studium intermitter arandi.  
Iunior: aspiciensque pares ætate colonos  
Ibit ad hos ludosque ciet lasciuq; iuuentus.

Ergo non melior iuuenis. neque sœmina uerſæ  
S pargere humi: quantum terræ menlura requirit.  
C ontemplare etiam quom grus e nubibus altis  
A ssiduos agitat clangores nunciat hymbrem  
V enturamq; hyemem tempus indicit arandi.  
A ngit & illius mentem cui nulla boum spes.  
T urit redeant fessi plena ad præsepio tauri.  
T unc proprios operare boues & plausta sed iquis  
N on habeo. dabit hic. facile est petere atq; negare.  
M entis inops alius quid enim componere currum  
T unc uolet ignarus non nouit quantus in illo  
S it labor. & centum compagibus insita ligna  
Quæ debent multo ante domi prouisa reponi.  
P ræterea cum tempus adest rescindere campum  
F ortius insistas operi exercere ministros.  
N ā uertenda duplex tibi sicca atq; humida tellus.  
V ere nouo ueniant celeres ad aratra iuuenci  
F ertilis ut grauida culmus procumbat arista.  
N eu te decipiat cum sœmina colligit æstas.  
S it noua cui studeas tellus inarrata quotannis.  
T erra recens large natis alimenta parabit  
P lutonem imprimis uenerare. atq; annua sacræ  
V ota refer cereri: quom stuæ innixus agendo  
I ncipis exercere boues stimuloque fatigas  
S ic immensa tibi surgent cerealia dona.  
S œmina quom terræ cōmittis pone sequiatur  
S eruulus. atque awibus rastro sata lœta recondat.  
O ptima crede iuuat rerum prudētia cunctos  
L æditur aduerso qui negligit omnia fato.  
S i sit pingue solum. grauidæ inclinantur aristæ

• bi

Foelicesq; opum successus a ioue summo.  
Hinc capies neq; sub tectis extendat arachne.  
Fila sed immensa replebunt horrea messes.  
Tunc gaude & cani florentia tempora ueris:  
Lætus agas quom te incassum crudelis egestas:  
Aspicit & parto turget domus atq; aliena  
Re tibi non opus est tua pluribus adiumentis:  
Fit sterilis tellus medio uersata sub æstu:  
Hincq; solo residens imas falcabis aristas.  
Auerlos religans culmos tenuisq; sequetur.  
Spes uite pauci te mirabuntur ab agris:  
Parua sub exiguo referentem farra canistro.  
Difficile interdum mutabile nescere tempus.  
Mobilis & uaria est alti natura tonantis:  
Ac si tardus aras tarde tibi solus aranti.  
Afferet auxilium si largis hymbris æther.  
Tris noctes totidemq; dies non cessat ab alto.  
Donec replete ualidi uestigia tauri.  
Tempore quo queruна residens super arbore coccys.  
Exululat gaudentq; hominum mortalia corda.  
Vere sub aprico sic tardus forsitan æques:  
Qui tempestiuо diuertit uomere terram.  
His intende animum nec florida tempora ueris:  
Te lateant: glacilis hyems tibi cognita surgat.  
Inqua incumbendū ē nec te ulla taberna moretur:  
Aut narrata loco sub aprico fabula tardet:  
Dum frigent alii vir rem tamen impiger auget:  
Surge igitur nec te paupertas opprimat illo  
Tempore: dira fames tenuis facit esse lacertos.  
Elatosq; pedes & crura timentia multo:

Sanguine segnis mops & spe suspensus inani.  
Inclinat mentem sceleri & meditatur iniquos.  
Vnde paret uictus hominem spes nutrit egentem:  
Irrita cui nihil est: & tota luce uagatur:  
Dum media elapsa est æstis properate ministri.  
Condite dic casulas nam semper non erit æstas.  
A Ianō mensem dictum caue nubibus ille:  
Lætales bobus glacies & frigora ducit.  
Thracius insurgit boreas, & turbine facto  
Disturbat maria ac campos: siluāq; sonantem:  
Alticomas quercus: annosaq; robora pinus.  
Diruit ex alto & ualles iaculatur ad imas:  
Siluarū auditur fragor ādiq; sed fera duros  
Arrigit ipsa pilos caudamq; in cruribus angit.  
Quin etiā quibus ē uillis dēlissima pellis  
Pertorat ille quidem sætosaq; pectora transit.  
Nec se defendunt dura sub ueste iuuenci.  
Et miseræ algescūt hyrsuto crine capelle  
Vincit ouis boream instantem fultoq; repellit.  
Tegmine lanarum: sed non obſtitur illis:  
A senibus curuo facit hos incedere collo.  
Non tamen ad teneram penetrat boreale puellā  
Frigus. at illa domi cui nōdum nota libido  
M atris apud eare gremium sedet: atq; hyemales:  
Non sentit glacies & tota nocte quiescit.  
Atq; oleo teneros interdum pluit artus.  
Tum polypo durum est gelidis hitare sub undis:  
Nec uidet unde sibi uenetur in æquore prædam.  
Alleuietq; famem proprios tum deniq; in artus.  
Vertit atrox rabie īmēsam: sic hymbris atris.

b ii

Turbatur mare, sic atra caligine cælum.  
Sol quoque ad æt hiopas radios & lumina fundit  
Rarus apud graios fugiunt animalia curui  
More senis, ualles imas & dente trementi  
Concaua saxa petunt, nemorū tenebrosaque tecta  
Tunc quoque ne noceat hyemes tibi protegat artus  
Mollis clena tuos, cui tecta ex ordine recto  
Pauca: sed aduerso ducantur plurima fila.  
Sitque ea cruretenus uetat hæc per corpora setas  
Surgere, & instanti prohibet durescere uento.  
Tegmina sint pedibus taurorum e pelle coturni  
Nec nocet hos inflare pilis ut frigora uincas.  
Hædorum teneras neruio leuis insue pelles  
Ac dorso suspende: tegant capita alta galeri  
Ne madeant aures borea spirante cauendū est  
Frigoribus, tunc ros cælo diffusus ab alto  
Educat cererem sacros operumque labores:  
Ille quidem uiuentorum e fluvialibus undis  
Tollitur in sublime & matutinus in agros  
Desilit, interdumque expectat tempora noctis  
Interdum borea nubes agitante procellas  
Vertitur in uentosam hyemem fuge prouidus illā.  
Acceleretur opus pete recta obstantia uentis.  
Ne forte obscuro nebularum infusus amictu  
Imma de eas largosq; hymbris pluat humida uestis  
Pasqua tunc carpant quamuis non pinguis tauri:  
Quippe leuis labor & longa sub nocte quiescūt:  
Nutrimentum ingens uobis uberrima mando.  
Agricole facilq; dies transire labore.  
Hec seruanda tibi donec nox æqua diebus.

A tque iterum satio cōmittit sēmina terræ  
A t dum sexdecies sol arcuus occidit undis  
H ybernium post solsticium sacrosq; relinquens  
O ceani fluctus sublimi arcturus olymbo  
E xoritur primumq; cupit splendescere sydus.  
T unc uites incide: noui neq; nuncia ueris  
A niquos iterans quæstus præcedat hyrundo;  
D um tamen immensos effundit pleias æstus  
P rofiliensq; umbrosa petit plantaria limax  
T ellure e sicca. tunc uinea nulla ligonem  
S entiat: accelerent uncata falce ministri  
M aturam in segetem. nec te pulcherrima tempe  
D etineant segnem. matutiniq; sopores:  
E ya age rumpe moras: pelle ocia segnia pelle:  
D um uocat alma ceres. robustaque collige farra:  
P one domi quantum toto tibi sufficit anno  
M ane operi assurgens. operis pars tertia mane  
C onficitur. labor haud grauis est. de mane uiator  
L ongum liquit iter. taurosque exercet arator  
P ræterea sua dum scolymus florentia mittit  
G ermina: & in ramis dulces resonare cicadæ  
S ole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis.  
F it capra tunc mollis tunc sunt dulcissima uina  
F oeminaque urenti ueneris prurigine corpus  
A ppetit insanos coitus. lassantur ab æstu  
M embra virū. tantūque pōt uis ignea solis.  
T unc licet ardore gelida releuare sub umbra  
F ontis ad apricos latices semp̄erque fluentis  
M urmur aquæ facilès quam circum leniter auræ  
A spirant zephiris plerunque agitantibus illas.

b:ii

Hic hylares lætus cyathos & pocula summe,  
Biblina ter infusa magis quæ temperet unda.  
Hic tibi ab uberibus caprarum caseus adstet:  
Quæ nullus pascant foetus hic lactea liba.  
Hic tibi silvestris ponatur caro iuuence:  
Quæ nondum enixa est hic mollior hædulus adsit.  
Et iaceas saturus patula sub tegminis umbra:  
Surge tamen cælo dum fulget orionis astrum:  
Tempus adest: cereri sacras terat area fruges  
Aduentos posita atq; ingenti æquata chylindro:  
Ne c nisi librate ducantur ad horrea messes:  
Postq; aut satis ad uictum tibi contulit æstas:  
Continuo cui nulla domus sit quære ministrum:  
Aude etiam accillam quæ sit sine prole: molestum ē  
Ac graue seruitium illius quam cura remordet  
Natorum blandire cani panemq; ministra:  
Peruigil ante fores sedet ille: domumq; tuetur:  
Dente rapax: furiq; altis latratibus instat.  
His prope exactis foenum paleasq; reconde:  
Hemiones quantum satis ac nutrire iuuencos.  
Inde laboranti requies prebenda colono  
Tempus: & exhaustis pariter iuga demere tauris:  
Num tamen in media cæli statione refulget  
Sirius orionq; loco splendescit eodem.  
Et rosea arcturi cernit pallantias astrum.  
Tunc uvas tenero abscindes de corpore matrum:  
Per bis quinq; dies tepido sub sole iacentes.  
Pande: dies etiam mollescant quinq; sub umbra:  
De hinc torque & capiant uégetes iocunda Iyei.  
Munera, sed sydus cum deficit orionis

Pleiadesque hyadesque cadunt meminisse iuuabit  
Protinus impresso subuertere uomere terram.  
Stat tempestuo cuncta exercere labore.  
Si tamen infestum iuuat ire p æquora. & alta  
Puppe uehi: moneo ne quādo ab atlantide natas  
Orion sequitur, toto que excludit olympos  
Vt uideas illas medio summergeare ponto  
Natigio incumbas: mire tunc tollentibus euris  
Obscurum undulos naculatur ad æthera fluctus  
Tunc igitur iaceant religatae ad littora puppes  
Saxorum obnixæ obicibus, ne forte ruentes  
Discutiant uenti: pateat pars imia carinæ  
Nec pluuiam excipiens, putri mirescat ab hymbre  
Instrumenta domi naualiaque arma quiescant  
Pensi: gubernaclique expioret robora fumus.  
Interea cereris sacros operare labores  
Nec prorsus fugiendus ager: labatur in altum  
Aequor amica ratis dum non magis unda tumescit:  
Nec reflauit uasti sublato gurgite montes.  
Vadat onusta tamen censu redditura superbo:  
Sic meus ille quidem genitor dum pauper egeret  
Errabat maria alra secans fluctusq; profundos.  
Ille olim eolidam cum amat q; ea litora linquens  
Appulit hue non spe lucri commotus auara.  
Durum opus exercere inuisa urgebat egestas.  
Ille uagus demum prope tempe heliconia sedem  
Ascrem incoluit cæli in regione molesta.  
Frigore nunc nimio nunc intollerabilis æstui.  
Tempore quoq; sic sub iuuat exercere labores.  
Nauigium ante omnes cuius si te ulla remordet

Cura: placetq; altos sulcare p æqra fluctus  
Dum faciles spirant uenti & furor ille q; euit.  
Ne te inuisa fames alieno uiuere parto:  
Cogat & inutus multorum debitor extes  
Vade nec in cymba sed te uehat ardua pupis,  
Ingentes referant census ingentia mercis.  
Pondera: præterea quæ sint aptissima nautis.  
Tempora narrandum ē: quanq; mihi pua p undas  
Vita fuit uixq; ex illa tantum aulide cursus  
Littus ad eubocum: sub quo omnis græcia quondam  
Dum pelago desævit hyems conuenit in unum.  
Et merito infandos fatum iuratur in hostes.  
Inde mihi placuit non longe ad calcida cursus.  
Huc ubi magnanimū genus amphidamatis achiti  
Constituunt populis certamina & inclyta quondam.  
Munera defuncti ponunt in honore parentis.  
Hi ic ego me dulcis refrentem premia cantus.  
Auratos memini tripodas quos sponte dicaui.  
Musarum ante aras quibus antra heliconia curæ  
Ille ubi me primuī dulem docuere poesim.  
Tantum igitur mihi res naualis cognita surgit.  
Dicam aliquid tāen & uarios pandā ætheris usus.  
Hec etiam nobis aspirauere camoenæ.  
Aequora tuta legant instructo remige pupes:  
Quom decies qnq; est series exacta dierum?  
Estuum post solstictium & iam deficit ætas.  
Nam neq; tunc classes medio nec nauita ponto  
Obruitur: ni forte uelit iouis alta potestas:  
Aut deus ipsarum parens neptunus aquarum.  
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.

**A**t lenes spirant zephyri tranquilla quiescunt:  
E uora tunc celere in uenias committe carinam.  
**V**adat onusta tamen redditum properare me mento.  
**Q**uam prius ipsa nouos fundant uineta liquores.  
Autumnaq; hymbres & hyems infausta procellis,  
Aut nothus insurgat pluua rorantibus aliis.  
**I**ncumbatque mari totumque euoluat ab imo:  
Exercent etiam studium nauale sub ipso:  
**V**ere nouo quom se tam latas arbor ab alto.  
**I**nduit infrondes quantum uestigia cornix  
P andit humi depressa: silet tūc nabilis unda  
**A**st ego nauigium graue tunc: sempque molestū  
**C**rediderim: hoc naturæ hoies leuitate nephanda  
**S**ubtraxere: agitant diuersa pericula fluctus.  
**E**t tamen ire placet quanq; mors dura sub undis  
**D**iuitiae fiunt hoium: atque insanus habendi  
**A**rdor ad hæc aīum germane intende parumper.  
**C**oncipe fratnos monitus maria alta secando  
Fac tecum ne cuncta uehas maiora reserua.  
**N**ec nimis est oneranda ratis sit ponderis æqui  
**Q**uicquid in hac darum est aduerso occurrere fato  
**F**luctibus in mediis currus discinditur omnis.  
**S**i grauius superinstant onus seruare memento  
**M**ensuram in rebus & idonea tēpa ad usus.  
**Q**uom propter decies tibi uita elabitur annos  
Connubium maturum aderit: decimumque puellæ;  
**E**xigat & quartum sed quinto nubat: et illa  
**V**irgo sit: atque habitat prope te: cui sedulus astes:  
**S**edulus inspicias artemque usumque puellæ:  
**H**aec age ludibria ne te uicinia cantet

**C**oniuge nil melius casta: nil turpius illa  
**Q**ui e uenerem prurit sine fine & prostat ad oēs  
Semper. & exitio sup̄minet illa uirorum  
**N**emo etiam fratreis in amore æquetur amicus  
At par si quis erit sit amandus tempore in omni  
Nulla ex te incepsum foedus discordia soluat  
**M**entiri scelus est prestat compescere linguam  
Infandam. si uim tibi quisq; inferret amicus  
Aut ore aut manibus: surge & te ulciscere redde  
Redde uicem duplicem qd̄ si illum poenitet acti  
Ac poenam implorans iterum te exoptat amicum;  
Suscipe: uile quidem est hōies noua querere semp  
Foedera amicīcīæ: multos si frater amabis  
Non laudo: nulos etiam: medium sit in isto.  
Si tibi cordā tument uultus non indicet iram:  
Turpe seq̄ sceleratum hominem maledicere cuiq;  
Infandum est: qui iam uita laudatur honesta.  
Nunquā a te nunquam misera obiurgetur egēstas.  
Diuīnum donum est diuumque æterna uoluntas.  
Illa quidem quæ s̄æp̄e uiri subiime molesta.  
Impedit ingeniumque uerat super alta leuari.  
Qui loquitur parce linguam nec in omnia soluit.  
Tresaurum p̄r se gerit ille ei gratia magna est  
Ut linguam moderes pensataque uerba loquaris.  
Si quenquam uerbo lædes læderis & ipse.  
Grata in amicorum uenias coniuncta sumptu.  
Communi: dato particulam: gratissimi sunt hec.  
Acre ioui unum scū diis de mane cauendum est  
In lauta libare manū tum uota precando  
Incassum fundes nulli exaudita deorum.

Solis ad aspectum nec quenq; mingere fas est  
Nocte sub obscura recto neque corpore nudo  
Nec qua sacra deis media nec credimus illud  
Posse licere uia : si declinetur ab illa  
Esse etiam uetitum : diuus vir & omnia noscens  
Haerens parietibus sedet atq; exponit urinam  
Intus: ubi orbatæ tenuis latet angulus aulæ.  
Non contu polluta sacros genitalia pandas  
Ante ignes . neq; cum dulci tibi coniuge preslet  
Concubium ut generes dum mœsto a funere tristi  
Mente redis: superum sacra sed latus ab ara.  
Credimus inuisum superis semperq; molestum:  
Qui natat assiduo Iabentia flumina cursu  
Quam prius abluerit manus pia uota precesq;  
Fuderit: ante ipsas supplexq; orauerit undas.  
Infandum ante aras unguies incidere : cum diis:  
Santa facis scelus est cyathos imponere uasi  
In quo uina latent sacros operare lebetas.  
Nil tibi cum in sacris etiam hinc lauisse nefandū ē.  
Perfice tecta prius quam cornix garrula ab alto.  
Nunciet atram hyemē ruit hæc inimica procellis.  
Fac sedeat bis sex quibus ætas exigit annos.  
Aut totidem menses natorum cara propago  
Sede sub instabili iuuat hoc omnemq; repellit  
Segniciem: facit esse agiles & ad omnia promptos.  
Foedum ac turpe virū est thermis muliebribus uti:  
Hoc prorsus fugiendum etiam stat talibus atrum.  
Suppliciū: ante aras superū obiurgare nephandū ē:  
Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus.  
Nec licet in fluuiis neq; fontis mingere in uanda.

**E**st quicq<sup>u</sup> turpe aliud uetitum: fuge pessima famæ.  
**N**omina: tama malum facile in sublime leuat<sup>ur</sup>.  
**E**st graue sufferr<sup>i</sup> nimium nimiumq<sup>u</sup> molestum.  
Difficile: ut taceat nunq<sup>u</sup> delabitur illa  
Sedula quæ uarias populi penetrauit ad aures  
**E**st dea tama quide sunt ipsi numina famæ.

**S**it tibi præterea series seruanda dierum:  
**A** Ioue natæ omnes sunt a Ioue tēpora nata  
**V**ltima mensis erit nullo exercenda labore.  
At genio utendum est illa omnes feſta p urbess:  
Ducitur illa forū claudit neque iura resolut.  
Prima dies sacra est & quarta & septima: prima  
**N**atus apollo die radiantia lumina fudit.  
Luce demum quarta foelix ducenda sit uxor.  
O mine captato sunt omnia proſpa rebus.  
Et licet incruam trabibus componere nauim:  
At qntas fuge namque illarum pallidus orcus:  
Tum diræ eumeniām facies toto orbe uagantur.  
Castigant si qua in terris piurfa: falsum  
Affirmant quæ lis alterne agit ata creavit.  
Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum  
Lat<sup>a</sup> uiris: multique etiam nascuntur in illa:  
Quis mala mens fallax aius fallacia uerba:  
Et q concubia exercent archana p artem:  
Hac ouium foetus licitum castrare uel hædos  
Et licet infixa p<sup>e</sup>cudes circundare mandra.  
Scindimus octaua foeti genitalia tauro  
Castramusque sues. foelix est ponere plantas

Non  
Luce  
Vna  
Ette  
Hoc  
Stam  
Inger  
Et iu  
T un  
Tert  
Spa  
Qua  
Acp  
Hem  
Acl  
Atq  
Sex  
Op  
Aut  
Sept  
Inge  
Acu  
Moll  
Non  
Lute  
Fit g  
Prox  
Insig  
Post  
Gau  
Poni  
Alta

Nona viros gigni uel amica sorte puellas.  
Luce viris: decima faustos quoq; credimus ortus.  
Vix post decimam foelix incidere uites.  
Et tempestiuam segeti supponere falcem:  
Hoc curat bis sexta etiam foelicio illa:  
Stamina et ex alto tenuissima torquet arachne.  
Ingentem accumulant formicæ farris aceruum.  
Et iuuat arguto pcurrere pectine telas:  
Tunc quoq; siluestres licitum castrare iuuencos.  
Tertia post decimam plantaribus optima surgit:  
Spargere semen humi. pallet contraria semper.  
Quartaq; post decimam mulierum prospera natu:  
Ac præhensos domitare boues ualidosque labori:  
Hemiones: canibus faciles adiungere cultus.  
Ac lenire manu pecudique imponere mores:  
Atque aperiare cados & dulcia fundere uina.  
Sextaque post decimam plantaribus inuida surgit:  
Oportuna viros nasci sed iniqua puellas:  
Aut nasci aut thalamos petere aut herere maritis.  
Septima post decimam cereris terat ordea sacræ.  
Ingentemq; ie licet ferro discindere siluam.  
Ac uarias aptare trabes qbus ardua testa  
Molliri: ac structam possis agitare carinam.  
Nonaque post decimam foelix est cum dea surgit.  
Lutea: sed medium cæli quom uenit in orbem  
Fit grauis: ex media ad sinem letissima fulget.  
Proxima lux sapientem hominem diuina creandi  
Insigni uiget officio: nec luce dolendum est.  
Post illam quartâ sacrâ est ea lœta trahantur  
Gaudia. quinta dies post hanc iuga curua iuuencis  
Ponit & hemiones & colla exercet equorum.  
Altaque ueliuolas deducit ad æquora puppes

Quam pauci nouere & recto nomine dicunt.  
Sunt harum humano generi seruanda diērum.  
Tempora q̄ ppe illud magnis successibus augent.  
Sunt aliæ ancipitēs que tāen sine mente neque ullo:  
Officio excellunt hanc alter laudat & illam:  
At paucis natura illarum cognita surgit.  
Nam tunc ipsa dies totum comple citur orbem.  
More piæ matris sœue modo more nouercæ.  
Nunc fulget nunc atra latet foelixque beatus  
Ille quidem q̄ diis gratus cui cognita sunt hec:  
Omniaque inspiciens rerum se exercet ad usus.

F I N I S

Pio. ii. pont. Max Nicolaus de uale.

Si uacat ænea rerum dignissime presul:  
Grataq; sunt animo carmina nostra tuo.  
Perlege que quondam dulci modulatus auena.  
In laties ausu s uertere græca modos.  
Ascrei inspicias HME ras kui erga poetæ.  
Græcia quo quondam floruit hesiodo.  
Hec fuerant fateor plectro meliore canenda.  
Hic opus ingenii quippe semilis erat.  
At quia non nullos tam magna supbia uates.  
Eleuat ut nullo græca in honore putent  
Sum tamen hoc ausus bis septē et quat tuor annis.  
Dum mea labuntur lustra trahente dea:  
Sumpsimus et tenues græcorū e fontibus haustus.  
Mixtaque cum græca lingua latina fuit:  
Quicquid id est ad te uatum clarissime uates  
Mittimus: es clario non minor ipse deo.  
Suscipe et hesiodum placido completere ualit:  
Hic quoque iudicio sterque cadatque tuo.



cc. 37